



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

3 Episcopus ante consecrationem in pluribus jurisdictionem ordinariam  
potest exercere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

- jurisdictionem cum mero, & mite imperio, quam habent etiam alia capita Ordinum aliarum militiarum.
- 62 Vicarij generales Episcoporum, & quamplures alij habent ordinariam jurisdictionem.
- 63 Ordinariorum appellatione veniunt Episcopi, Archiepiscopi, Patriarche, & Primates.
- 64 Suspicionis causa, quibus judges possunt allegari suspecti, quae sint.
- 65 Suspicionis causa coram eodem judice sunt alleganda, & juris arbitri eligendi.
- 66 Appellatio est admittenda à pronuntiatione super competentia judicū, vel suspicione.
- 67 Appellatio à non admissione ad juris arbitrorum electionem ad Papam est interponenda.
- 68 Suspicionis causa contra Ordinarium probata, datur adjunctus, sed regulariter ab eo causa non avocatur.
- 69 Suspicionis causa admissa, ad Sedem Apostolicam spectat discernere, cui causa sit committenda, illamque sibi bene vise committere potest.
- 70 Ordinariis locorum cause in prima instantia sunt regulariter reservatae.
- 71 Ordinarij locorum proprię hoc casu, qui dicantur.
- 72 Causa intra biennium non terminata, quando habeat locum appellatio.
- 73 Causa in prima instantia, qua apud Sedem Apostolicam sint tractanda.
- 74 Beneficiales causæ vigore Brevis Apostolicæ in prima instantia in Romanacuria cognoscuntur.
- 75 Causa in prima instantia ratione celebrati contractus coram Ordinariis locorum, qua non cognoscuntur.
- 76 Causæ beneficiales super beneficiis affluvi, vel reservatis in curia Romana cognoscuntur.
77. Reservatio inficit titulum, possessionem, & operatur etiam reservationem causarum.

**O**R DINIS potestas, quam habent Episcopi, probatur suprà par. 1. cap. 4. num. 1. & seq. quam autem habeant potestatem jurisdictionis, infra patebit. Jurisdictionis potestas duplex est, ordinaria, & delegata: delegata verò duplex a jure vel ab homine, ordinaria tamen favorabilis est, delegata autem uti extraordinaria, odiosa, & restringenda, gloss. in c. 1. in ver. processus, & in c. 3. in ver. vel conventionis de rescript. in 6. Anch. in conf. 215. nu 8. Purpur. in l. 1. num. 434. de cff et. & Rot. de cff. 5. n. 3. & 4. de concess. prab. in antiquior. de ordinaria, quæ dignior est, primo loco tractare decrevi.

2. Potestas jurisdictionis tamen ordinariæ con-

sistit in iudicando, beneficijs conferendis, juramentis vassallorum recipiendis, investituris concedendis, in excommunicando, corrigoendo, penitentendo, mitigando, absolvendo, & indulgentiis concedendis, & de quibus per Feder. de Sen. in conf. 302. Rever. pater, circa principum, quæ omnia ante tamen consecrationem potest Episcopus electus, & confirmatus ministrare, gloss. final. in capit. transmissam, & ibi Doct. de elect. quodque indulgentiarum concessio fit etiam jurisdictionis, quas pariter Episcopus nondum consecratus concedere potest, tradit Sylvest. in ver. indulgentia, num. 13.

4. Ordinariam tamen jurisdictionem tribueret

Y potest

